



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ildephonsvs Ep. 23. Ianuarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

manum unquam subduxit, ut meritò id certaminis cum D^eo suscepisse sit visus, plūsne hic dare, an reddere illi posset. Munificentiam vel ex eo vide, quod ultimum ægrotanti unicus super teruncius fuerit vix naulim morituro, Ipse in testamento sui tabulis reperisse ingenè se fatetur in ætrario auri pondo octies mille, & hæc decies millies, & amplius aucta dilapidatæ se in pauperes gloriatur. Anno igitur D. XCII. è corporis ergastulo in patetum abiit, quod pīx ipsius munificentie struttū in cœlo Troilus vidit, & verò invidit postea, cùm tam bonæ prodigalitatis æmulus est factus. Venienti obviam IOANNI sua è cœlo Sponsa processit cœlestis aulæ cubiculario comitata, manuque peramanter prehensum ad D^ei conspectum deduxit. Ipse IOANNES nec mortuus sibi dissimilis, oleo, quod è tumulo suo dedit, in miseros mites esse perrexit. Ex Surio.

Nihil aliud, qui conversaris in seculo, exigit à te Deus, quām ut mandata illius custodias, proximum diligas. Et pauperibus alimoniam prebeas. Eroga igitur inopiam patientibus, quod tibi præstatum est, ut in celo recondas thesauros imprædabiles.
B. Laur. Iustin. de complanet. Christ. perfect.

S. I L D E P H O N S V S E P. 23. Ianuarii.

Debemus hoc fidus (ILDEPHONSVM) Hispanie, in quā ortum ad nos usque (uti ferè solet virtus) radios transmisit. Iuventam egit in Musarum familiaritate, quibus propitiis magnam eloquentię laudem sibi comparavit. Ab his in adyta sanctioris sapientię se penetravit, sustinuitque inter monachos repuerascere grandis discipulus. Ab his ad insulam Tolitanam abstrahitur, tam orbis quām

quam cæli amor. Et hem tibi ejus rei unum alterumve testimonium. Precanti Angeli tumbam S. Leocadiæ recluserunt, & Diva ipsa flammeum suum obtulit; unde ille abscessam partem unâ cum Regis Reeveswindi cultro, & ipso tam sancti valentinis tactu jam sancto, argenteo inclusit. VIRGINEM MATREM príncepe semper studio coluit, ejusque SS. integratatem insigni volumine contra hæreticos edito propugnatum ivit. Nec gratis. ASSUMPTÆ siquidem in cælos die, cùm supplicandus cum suis templo proximus jam esset, Cælitum manus fores pandit, & virgines inter VIRGO MAXIMA in sede Pontificali conspicua, eidem vestem mirifici candoris donavit. Ea hodieque religiosè assertata docet, quo filios suos Magna Mater uti vestis, aut certè animi colore cuperet. Ex Surio.

Talis fuit Maria, ut unius vita omnium disciplinatur; Strictur auctor nō displiceret, opus probemus; ut quicumque sibi ejus exoptat primum, imitetur exemplum. S. Amb. de Virg.

S. BABYLAS EP. M. 24. Ianuarij.

EVm ego triumphum laudo Divorum, quem non soli ducunt in cælum, sed cui comes servata juventus ambulat. Talem hodie BABYLAS duxit. Forte templo se Antiochiae inferre Decius properabat; cùm adventanti BABYLAS Antistes se objecit, & pro eâ, quâ erat Christianâ libertate, eani tyranuo aditum interclusit. Hic in rabiem versus, templum ferro flammisque excendi, BABYLAM jubet in carcerem abripi. Ecce autem nobilissimam vinculorum magistri appendicem ter geminos adolescentulos (VRBANVM, PRILIDIA-

NUM